I bind to myself to-day  
 The strong power of an invoca-  
 tion of the Trinity,

[S. PATRICK CANTICUM SCOTTICUM.]

Cretim Treodataid fóisitin Oen-  
datad,  
In dulemain [dail].

II.

Domini est salus,  
Domini est salus,  
Christi est salus,  
Salus tua Domine sit semper  
nobiscum.

\* From *Lib. Hymnorum* (MS. 7th century, acc. to Ussher, Trin. Coll., Dublin), as printed in Stokes's *Goidelica*, pp. 150, 151, 2nd ed., 1872. The Irish was first published by Dr. Petrie, *Essay on Tara*, pp. 57-67 (*Trans. Royal Irish Soc.*, vol. xviii.). The translation is from Dr. Todd (*S. Patrick*, pp. 426-429).

Patraicc do rone inn immun sa. In aimseir Loegaire MeicNeil do rigned. Fat a denma hautemdia diden co na manchaib ar naimdib in bais ro batar in etarnid ar na cleircheib. Ocus is luirech hirse inso fri him degail cuirp ocus anma ar demnaib ocus duinib ocus dualchib. Cech duine nos geba cech dia co ninnithemleir i n-dia ni thairisfet demna fri a gnuis. Bid ditin do ar cech neim ocus format. Bid comna do fri dianbas. Bid lurech dia anmain iar n-a etsecht. Patraicc ro chan so in tan do rata na hetarnaidi ar a chinne o Loegaire, na digsed do silad chreitmec co Temraig; conid annsinn at chessa fiadlucht na n-etarnade comtis aige alta, ocus iarroe i n-a n-diaid i Benen. Ocus *Faeth Fiada* a hainm.

The legend referred to is mentioned in *Todd*, p. 424, from the Life of S. Patrick in the Book of Armagh.

<sup>b</sup> Inserted by Mr. Stokes from a second copy of the Hymn in Bodl. Rawl. B. 512.

<sup>c</sup> Patriarchs, Stokes.

<sup>d</sup> *Leg. midúthrastar*, Stokes.

<sup>e</sup> "i.e. Christ when I am in the fort (at

The faith of the Trinity in  
Unity,  
The Creator of [the elements].

II.

Salvation is of the Lord,  
Salvation is of the Lord,  
Salvation is of Christ,  
May thy salvation, O Lord, be  
ever with us.

It was held to be S. Patrick's as early as the 8th century, being referred to as his "Canticum Scotticum" by Tirechanus (*Annot. in V. S. Patric.*, *Bk. of Armagh*, fol. 16 a. a., quoted by Petrie and Todd). In the *Lib. Hymn.* it is prefaced as follows:—

Patrick composed this hymn. In the time of Loegaire son of Nial it was composed. The cause of its composition was to protect himself and his monks against the enemies unto death, who were in ambush against the clergy. And this is a religious armour to protect body and soul against demons and men and vices. Every person who sings it every day with all his attention on God, shall not have demons appearing to his face. It will be a protection to him against every poison and envy. It will be a safeguard to him against sudden death. It will be an armour to his soul after his death. Patrick sang this at the time that the snares were set for him by Loegaire, that he might not come to propagate the faith to Temur; so that it appeared to those who were lying in ambush that they were wild deer, and a fawn after them, that is, Benén [Benignus]. And *Faeth Fiadba* [=The Instruction of the Deer, Petrie, but Stokes renders it Guard's cry] is its name.

home). Christ when I am in the chariot-seat (travelling by land), Christ in the poop (travelling by water). See Stokes, *Irish Glosses* (580), p. 81." (*Todd, ad loc.*) The passage is translated differently in Dr. Petrie's *Essay*. And Mr. Stokes in his *Goidelica* translates it "Christ in breadth, Christ in length, Christ in height."

[HYMNUS S. SECUNDINI.]

Before A.D. 448 (?). *Hymn of S. Sechnall (Secundinus) in praise of S. Patrick*<sup>a</sup>.

INCIPIIT YMNUS SANCTI PATRICII, EPISCOPI SCOTORUM.

Audite, omnes amantes <sup>1</sup>Deum, sancta merita  
 Uiri in Christo beati Patricii Episcopi:  
 Quomodo bonum ob actum <sup>2</sup>simulatur angelis,  
 Perfectamque propter uitam aequatur Apostolis.

Beata Christi custodit mandata in omnibus;  
 Cuius opera refulgent clara inter homines,  
 Sanctumque cuius sequuntur exemplum mirificum;  
 Unde et in celis Patrem <sup>3</sup>magnificant Dominum'.

Constans in Dei <sup>4</sup>timore et fide immobilis,  
 Super <sup>5</sup>quem edificatur ut <sup>6</sup>Petrus Ecclesia;  
 Cuiusque Apostolatam a Deo sortitus est;  
 In <sup>7</sup>cuius <sup>8</sup>portae <sup>9</sup>aduersus inferni non preualent.

Dominus illum elegit, ut doceret barbaras  
 Nationes; <sup>10</sup>ut <sup>11</sup>piscaret per doctrinae retia;  
<sup>12</sup>Ut de seculo credentes traheret ad gratiam,  
<sup>13</sup>Dominumque sequerentur sedem ad aetheriam.

Electa Christi talenta uendit euangelica,  
 Quae <sup>14</sup>Hibernas inter gentes cum <sup>15</sup>usuris exigit;  
<sup>16</sup>Nauigii huius laboris, <sup>17</sup>tum operae, pretium,  
 Cum Christo regni celestis <sup>18</sup>possessurus gaudium.

Fidelis Dei minister, insignisque nuntius,  
 Apostolicum exemplum formamque <sup>19</sup>praebet bonis;  
 Qui tam uerbis quam <sup>20</sup>et factis <sup>21</sup>plebi praedicat <sup>22</sup>Dei,  
 Ut quem dictis non conuertit, <sup>23</sup>actu prouocet bono.

<sup>1</sup> Dominum, C.      <sup>2</sup> Simulatur, W, M.      <sup>3</sup> Magnificat Deum, C.      See *Matt. V. 16.*  
*Vers. Ital.*      <sup>4</sup> amore, C.      <sup>5</sup> Quae, M.      <sup>6</sup> Petrum, C, M, W.      <sup>7</sup> Quem, C.  
<sup>8</sup> porta, W.      <sup>9</sup> aduersum, M.      <sup>10</sup> et, M.      <sup>11</sup> piscaretur, C.      <sup>12</sup> Et, M.  
<sup>13</sup> Dominum qui, M.      <sup>14</sup> Eueruas, B.      <sup>15</sup> usura, W.      <sup>16</sup> Nauigiis, M.      <sup>17</sup> Dominum,  
C (probably mistaking *tum* for *dum*).      <sup>18</sup> possedit, C.      <sup>19</sup> om. C.      <sup>20</sup> om. W.  
<sup>21</sup> om. C.      <sup>22</sup> Dominum, W.      <sup>23</sup> fructu, M.

[HYMNUS S. SECUNDINI.]

Gloriam habet cum Christo, honorem in seculo;  
 Qui ab <sup>24</sup>omnibus ut Dei ueneratur angelus;  
 Quem Deus misit <sup>25</sup>ut Paulum ad gentes Apostolum,  
 Ut hominibus ducatum praeberet regno Dei.

Humilis Dei ob metum spiritu et corpore,  
 Super quem bonum ob actum <sup>26</sup>requiescit Dominus;  
 Cuiusque <sup>27</sup>iusta in carne Christi portat stigmata;  
 In Cuius sola <sup>28</sup>sustentans gloriatur <sup>29</sup>in cruce.

Impiger credentes pascit dapibus celestibus,  
 Ne qui <sup>30</sup>uidentur cum Christo in uia <sup>31</sup>deficiant;  
 Quibus erogat, <sup>32</sup>ut panes, uerba euangelica;  
<sup>33</sup>In cuius multiplicantur, ut manna, in manibus:

<sup>34</sup>Kastam qui' custodit carnem ob amorem Domini,  
 Quam carnem templum parauit Sanctoque Spiritui;  
 A Quo constanter cum mundis possidetur actibus,  
 Quam <sup>35</sup>ut hostiam placentem uiuam offert Domino:

Lumenque mundi accensum ingens euangelicum,  
 In candelabro leuatum, <sup>36</sup>toti fulgens seculo,  
 Ciuitas regis munita supra montem posita,  
 Copia in qua <sup>37</sup>est multa quam <sup>38</sup>Dominus possidet.

Maximus <sup>39</sup>nanque in regno celorum uocabitur,  
 Qui quod uerbis docet sacris, factis adimplet bonis;  
 Bono <sup>40</sup>precedit exemplo <sup>41</sup>formamque fidelium,  
 Mundoque in corde habet ad <sup>42</sup>Deum fiduciam.

<sup>43</sup>Nomen Domini' audenter <sup>44</sup>annunciat gentibus,  
 Quibus <sup>45</sup>lauacri salutis aeternam dat gratiam;  
 Pro <sup>46</sup>quorum orat <sup>47</sup>delictis ad <sup>48</sup>Deum <sup>49</sup>quotidie;  
 Pro quibus ut Deo dignas <sup>50</sup>immolatque hostias.

Omnem pro Diuina lege mundi spernit gloriam,  
<sup>51</sup>Que cuncta ad <sup>52</sup>cuius mensam estimat <sup>53</sup>ciscilia;  
 Nec ingruenti mouetur mundi huius <sup>54</sup>fulmine,  
 Sed in aduersis laetatur, cum pro Christo patitur.

<sup>24</sup> hominibus, B.    <sup>25</sup> om. B.    <sup>26</sup> requiescet, B.    <sup>27</sup> iuxta, C; sua, W.    <sup>28</sup> susten-  
 dans, B; sustentante, C.    <sup>29</sup> om. C.    <sup>30</sup> Misprinted ridetur in W.    <sup>31</sup> deficient, W.  
<sup>32</sup> om. C.    <sup>33</sup> om. W.    <sup>34</sup> Castum qui, B; Castamque, C.    <sup>35</sup> et, B, M.    <sup>36</sup> toto, M.  
<sup>37</sup> et, C.    <sup>38</sup> Deus, W.    <sup>39</sup> namque, C, M, W.    <sup>40</sup> procedit, C.    <sup>41</sup> formaque, C.  
<sup>42</sup> Dominum, C.    <sup>43</sup> Nomenque Dei, M.    <sup>44</sup> adnuntiat, M.    <sup>45</sup> lauacris, M.  
<sup>46</sup> quarum, B, W.    <sup>47</sup> dilictis, B.    <sup>48</sup> Dominum, C.    <sup>49</sup> cotidie, B, M.    <sup>50</sup> ymolat-  
 que, B.    <sup>51</sup> Qui, M, W.    <sup>52</sup> eius, W; Christi, C.    <sup>53</sup> quisquillas, C; quisquilia, M, W.  
<sup>54</sup> flumine, W.

[HYMNUS S. SECUNDINI.]

Pastor bonus <sup>55</sup>ac fidelis gregis <sup>56</sup>euangelici;  
 Quem Deus Dei elegit custodire populum,  
 Suamque pascere plebem Diuinis dogmatibus;  
 Pro qua ad Christi exemplum suam <sup>57</sup>tradidit animam.

Quem pro meritis Saluator prouexit pontificem,  
 Ut in celesti moneret clericos <sup>58</sup>militia;  
 Celestem quibus annonam erogat cum uestibus,  
 Quod in Diuinis impletur sacrisque affatibus.

Regis nuntius inuitans credentes ad nuptias;  
 Qui ornatur uestimento <sup>59</sup>nuptiale indutus;  
 Qui celeste <sup>60</sup>aurit uinum in uasis celestibus,  
 Propinansque Dei plebem <sup>61</sup>spirituali poculo.

Sacrum inuenit tesaurum sacro in uolumine,  
 Saluatorisque in carne <sup>62</sup>Dietatem <sup>63</sup>preuidit;  
 Quem tesaurum emit sanctis perfectisque meritis;  
<sup>64</sup>Israel uocatur <sup>65</sup>huius anima uidens Deum.

Testis Domini fidelis in lege catholica,  
 Cuius uerba sunt Diuinis <sup>66</sup>condita oraculis;  
 Ne humane <sup>67</sup>putrent carnes <sup>68</sup>essaeque a uermibus,  
 Sed <sup>69</sup>celeste <sup>70</sup>salliantur sapore ad uictimam.

Uerus cultor et insignis agri euangelici,  
 Cuius semina uidentur Christi <sup>71</sup>euangelia;  
 Quae <sup>72</sup>Diuino serit ore in aures prudentium,  
<sup>73</sup>Quorumque corda ac mentes Sancto arat Spiritu.

Xps: illum Sibi <sup>74</sup>legit in terris uicarium,  
<sup>75</sup>Qui de gemino <sup>76</sup>captiuos liberat seruitio;  
 Plerosque de seruitute quos redemit hominum,  
 Innumeros de <sup>77</sup>Zabuli <sup>78</sup>obsoluet dominio.

Ymnos cum Apocalipsi Psalmosque cantat Dei,  
 Quosque ad edificandum Dei tractat populum;  
<sup>79</sup>Quam legem in Trinitate sacri credit Nominis,  
<sup>80</sup>Tribusque Personis Unam docetque Substantiam.

<sup>55</sup> et, M.      <sup>56</sup> euangelicae, B.      <sup>57</sup> tradit, M.      <sup>58</sup> *Misprinted* militiae in C.  
<sup>59</sup> nuptiali, B, C, M, W.      <sup>60</sup> haurit, C, M, W.      <sup>61</sup> spiritale poculum, M; spiritali  
poculo, W.      <sup>62</sup> Pietatem, C; Deitatem, M W.      <sup>63</sup> peruidet, C; peruidit, M.  
<sup>64</sup> Israel, B; Israhel, M.      <sup>65</sup> eius, B.      <sup>66</sup> candida, M.      <sup>67</sup> putant, M.      <sup>68</sup> esaeque,  
C; esaeque, W; aesseque, M.      <sup>69</sup> coelesti, M, W.      <sup>70</sup> salientur, C; alleantur, M;  
salliantur W.      <sup>71</sup> euangelii, C.      <sup>72</sup> Diuina, B.      <sup>73</sup> Quorum quoque, M.  
<sup>74</sup> elegit, M, W.      <sup>75</sup> Quem, C.      <sup>76</sup> captiuum, C.      <sup>77</sup> Stabuli, W.      <sup>78</sup> obsoluit, B,  
W; absoluit, C, M.      <sup>79</sup> Quem, C.      <sup>80</sup> Tribuque, B.

[HYMNUS S. SECUNDI.]

Zona Domini precinctus diebus <sup>81</sup>et noctibus,  
 Sine intermissione Deum orat Dominum;  
 Cuius ingentis laboris <sup>82</sup>percepturus <sup>83</sup>premium,  
 Cum Apostolis <sup>84</sup>regnabit <sup>85</sup>sanctus super <sup>86</sup>Israel.  
<sup>87</sup>Audite omnes'.

[In memoria eterna erit iustus;  
 Ab auditione mala non timebit<sup>88</sup>.

Patricii laudes semper dicamus,  
 Ut nos cum illo defendat Deus.

Hibernenses omnes clamant ad te pueri,  
 Ueni, sancte Patricii, saluos nos facere<sup>89</sup>.]

<sup>81</sup> ac, B. <sup>82</sup> Praecepturus, W. <sup>83</sup> praemia, C. <sup>84</sup> regnauit, B. <sup>85</sup> sanctis, W.  
<sup>86</sup> Israel, M. <sup>87</sup> Audite et rl., B. <sup>88</sup> Ps. cxi 7. <sup>89</sup> B. om. the third of these  
 couplets or antiphons, and adds at the beginning of them, Or: = Oratio, or Orenus. C. om. the  
 first, and adds a third, viz. "Patricius sanctus Episcopus oret pro nobis omnibus, Ut deleatur  
 protinus peccata que commisimus" M. gives this third (omitting the word *sanctus*), with that  
 in the text which begins *Patricii laudes*, but om. the others. W. om. all.

<sup>a</sup> Printed from the *Lib. Hymn.* at Trin.  
 Coll., Dublin, by Dr. Todd (*Bk. of Hymns of  
 Anc. Ch. of Irel.*, P. I. pp. 11–24): also by  
 Bishop Graves, *Catholic Layman*, vol. ii.  
 no. 23, p. 134, *Dubl.* 1853. The Hymn also  
 occurs in the *Leabhar Breac* (also at Dublin),  
 here designated B; in Colgan (*Tr. Tb.*,  
 p. 210), who first printed it, C; in Muratori's  
*Antiphon. Bencboreuse (Anecd. Ambros., IV.*  
*127–159)*, M; and in Ware (*App. to Opusc.*  
*S. Patric.*, pp. 146–150), W: each of these  
 copies resting upon independent MS. autho-  
 rity. And their various readings are accord-  
 ingly here given in the notes, from Dr. Todd.  
 Villanueva simply reprinted the Hymn from

Colgan and Ware. It is also in the MS. *Lib.  
 Hymnor.* belonging to the Franciscan monas-  
 tery at Dublin, lately brought there from  
 Rome; and in the MS. consuetudinary of  
 S. Patrick's, Dublin (14th cent.), now in the  
 Univ. Libr., Cambridge (*Dr. Reeves*). S. Sechnall's  
 death is placed by *Ann. Ult.* at A.D. 448.  
 His Hymn was well known before the 8th cen-  
 tury, being mentioned by Tirechanus as the  
 Hymn of S. Patrick (*Bk. of Armagh*, fol. 16,  
 a. a). And it is held to be genuine, and to  
 have been written in S. Patrick's lifetime,  
 by the best Irish antiquarian scholars. See  
 Dr. Todd's copious notes for its history and  
 author.

[The four documents above printed,—viz. S. Patrick's two tracts and Hymn, and S. Sechnall's  
 Hymn,—appear to be the only authentic and contemporary documents of this Period. The  
 tract *De Duodecim Abusionibus Saeculi* (in Ware's *Opusc. Patric.* and in Villanueva's, attributed  
 also to S. Cyprian and to S. Augustine) was current among the Irish as S. Patrick's as early as  
 the beginning of the 8th century (*Cod. Can. Hib.*, lib. xxiv. c. 3). And that *De Tribus Habi-  
 taculis* (likewise in Ware and Villanueva, and in the App. to S. Augustine, vol. vi.) was also  
 assigned to S. Patrick, but not by Irish authorities. Internal evidence is conclusive in referring  
 both to a later writer (see Todd's *S. Patrick*, p. 484). For S. Fiacc's Hymn, see below in  
 Appendix C.]

## APPENDIX A.

### CANONS ATTRIBUTED TO S. PATRICK.

*Canons attributed to a Synod of Bishops, consisting of S. Patrick, Auxilius, and Isserninus*<sup>a</sup>.

INCIPIIT SINODUS EPISCOPORUM, ID EST, PATRICII, AUXILII, ISSERNINI.—Gratias agimus Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. *Presbiteris et diaconibus et omni clero*, PATRICIUS, AUXILIUS, ISSERNINUS, EPISCOPI, salutem.

Satius nobis negligentibus præmonere, quam culpæ quæ facta sunt; Solamone dicente, “Melius est arguere [quam] irasci<sup>b</sup>.” Exempla difinitionis nostræ inferius conscripta sunt, et sic inchoant:—

1. Si quis in questionem captivis quæserit in plebe suo jure sine permissione, meruit excommunicari<sup>c</sup>.
2. Lectores denique cognoscant, unusquisque, ecclesiam in qua psallat.
3. Clericus vagus non sit in plebe.
4. Si quis permissionem acciperit, et collectum sit pretium, non plus exigat quam quod necessitas poscit<sup>d</sup>.
5. Si quid supra manserit, ponat super altare pontificis, ut detur alii indigenti<sup>e</sup>.
6. Quicumque clericus ab hostiario usque ad sacerdotem sine tunica visus fuerit, atque turpitudinem ventris et nuditatem non tegat, et si non more Romano capilli ejus tonsi sint<sup>e</sup>, et uxor ejus si non velato capite ambulaverit, pariter a laicis contempnentur, et ab Ecclesia separentur.
7. Quicumque clericus ussus<sup>f</sup>, negligentia causa, ad collectas mane vel vespere non occurrerit, alienus habeatur, nisi forte jugo servitutis sit detentus.
8. Clericus si pro gentili homine fideisor fuerit in quacunque quantitate, et si contigerit (quod mirum non est) per astutiam aliquam gentilis ille clerico fallat, rebus suis clericus ille solvat debitum; nam si armis compugnaverit cum illo, merito extra Ecclesiam computetur<sup>g</sup>.
9. Monachus et virgo, unus ab hinc, et alia ab aliunde, in uno hospitio non commaneant, nec in uno curru a villa in villam discurrant, nec adsidue invicem confabulationem exercent.
10. Si [quis] incæptum boni operis ostenderit in psallendo, et nunc



[CANONS ATTRIBUTED TO S. PATRICK.]

intermisit, et comam habeat; ab Ecclesia excludendus, nisi statui priori se restituerit.

11. Quicumque clericus ab aliquo excommunicatus fuerit, et alius eum susceperit, ambo coæquali pœnitentia utantur.

12. Quicumque Christianus excommunicatus fuerit, nec ejus elimosina recipiatur <sup>h</sup>.

13. Elimosinam a gentibus offerendam in Ecclesiam recipi non licet <sup>h</sup>.

14. Christianus qui occiderit, aut fornicationem fecerit, aut more gentilium ad aruspitem juraverit, per singula cremina annum pœnitentiæ agat; impleto, cum testibus veniat, anno pœnitentiæ, et postea resolvetur a sacerdote <sup>i</sup>.

15. Et qui furtum fecerit, demedium pœniteat; viginti diebus cum pane; et, si fieri potest, rapta repræsentet; sic in Ecclesiam reuocetur <sup>j</sup>.

16. Christianus qui crediderit esse lamiam in sæculo <sup>k</sup>, quæ interpretatur striga, anathema[ti]zandus, quicumque super animam famam istam imposuerit; nec ante in Ecclesiam recipiendus, quam ut idem creminis, quod fecit, sua iterum voce revocet <sup>l</sup>, et sic pœnitentiam cum omni diligentia agat.

17. Virgo quæ voverit Deo permanet <sup>m</sup> kasta, et postea nubserit carnalem sponsum, excommunis sit, donec convertatur: si conversa fuerit, et dimiserit adulterium <sup>n</sup>, pœnitentiam agat; et postea non in una domo nec in una villa habitent.

18. Si quis excommunis fuerit, nec nocte pascharum in ecclesiam non introeat, donec pœnitentiam recipiet.

19. Mulier Christiana, quæ acciperit virum honestis nuptis, et postmodum discesserit a primo, et junxerit se adulterio <sup>o</sup>; quæ hæc fecit, excommunis sit.

20. Christianus qui fraudat debitum cujuslibet ritu gentilium, excommunis sit, donec solvat debitum.

21. Christianus cui dereliquerit aliquis, et provocat eum in iudicium <sup>p</sup>, et non in Ecclesiam, ut ibi examinetur causa; qui sic fecerit, alienus sit.

22. Si quis tradiderit filiam suam viro honestis nuptis, et amaverit alium, et consentit filiæ suæ, et acceperit dotem; ambo ab Ecclesia excludantur.

23. Si quis presbiterorum ecclesiam ædificaverit, non offerat antequam adducat suum pontificem, ut eam consecret; quia sic decet.

24. Si quis advena ingressus fuerit plebem, non ante baptizet <sup>q</sup>, neque offerat, neque consecret, nec ecclesiam ædificet, [do]nec permissionem accipiat ab Episcopo: nam qui a gentibus sperat permissionem, alienus sit <sup>r</sup>.

[CANONS ATTRIBUTED TO S. PATRICK.]

25. Si quæ a religiosis hominibus donata fuerint, diebus illis quibus pontifex in singulis habitaverit Ecclesiis, pontificalia dona (sicut mos antiquus) ordinare ad Episcopum pertinebunt, sive ad usum<sup>s</sup> necessarium, sive egentibus distribuendum, prout ipse Episcopus moderabit.

26. Si quis vero clericus contra venerit, et dona invadere fuerit deprehensus, ut turpis lucri cupidus ab Ecclesia sequestretur.

27. Clericus Episcopi in plebe quislibet novus ingressor, baptizare et offerre illum non licet, nec aliquid agere; qui si sic non faciat, excommunis sit.

28. Si quis clericorum excommunis fuerit, solus, non in eadem domo cum fratribus, orationem facit, nec offer[r]e nec consecrare licet, donec se faciat emendatum; qui si sic non fecerit, dupliciter vindicetur<sup>t</sup>.

29. Si quis fratrum accipere gratiam Dei voluerit, non ante baptizetur quam ut XLmum<sup>u</sup> agat.

30. Episcopus quislibet, qui de sua in alteram progreditur parruchiam, nec ordinare præsumat, nisi permissionem acceperit ab eo, qui in suo principatu<sup>v</sup> est; die Dominica offerat tantum susceptione, et obsequi hic contentus sit.

31. Si quis conduxerit e duobus clericis, quos discordare convenit per discordiam aliquam, prolatum uni e duobus hostem ad interficiendum, homicidam congruum est nominari: qui clericus ab omnibus rectis habetur alienus<sup>w</sup>.

32. Si quis clericorum voluerit iuvare captivo, cum suo pretio illi subveniat; nam si per furtum illum involaverit, blasphemantur multi clerici per unum latronem; qui sic fecerit, excommunis sit.

33. Clericus qui de Britanis ad nos venit sine epistola, etsi habitet in plebe, non licitum ministrare.

34. Diaconus nobiscum similiter, qui inconsulto suo abbate sine literis in aliam parruchiam absentat<sup>x</sup>, nec cibum ministrare decet; et a suo presbitero, quem contempsit, per pœnitentiam vindicetur. Et monachus inconsulto abbate vagulus debet<sup>y</sup> vindicari.

Finimt Sinodi Distituta<sup>z</sup>. [MS. C.C.C.C. 279 (*olim* O. 20): and in *S.*, I. 52-54; and *W.*, I. 2, 3. Also in *Ware, Opusc. S. Patric.* pp. 42-46.]

<sup>a</sup> Of the canons here printed, under S. Patrick's name, this first series, which occurs as a whole, and is attributed to a single synod, is undoubtedly Irish. How far they are S. Patrick's, see below, in note <sup>c</sup>. The amount of credence due to the heading, which assigns them to Patrick, Auxilius, and Isserninus, is not great (see however below in note <sup>r</sup>): although the omission of the name of Secundinus may be accounted for, by his comparatively early death, which the Ann. Ult.

assign to A.D. 448. There is another (very imperfect) copy of them (15th century) in MS. C.C.C.C. 298, no. 22. The five miscellaneous canons, which are appended to them in Wilkins as S. Patrick's, are all to be found in the *Cod. Can. Hibern.*, printed below in its place, either briefly or at length; but only two of them, that printed here in Sect. II. no. 1 (at greater length than in the *Cod. Can.*) as the first of S. Patrick's single canons, and one relating to theft, are assigned

[CANONS ATTRIBUTED TO S. PATRICK.]

to S. Patrick in that code. Of the others, one is from Isidore, another from an "Irish Synod," and the remaining one is simply a verse of S. Paul to Timothy. The collection in Ware (also in *Wilkins*, I. 6, 7) is to be found entirely in the code just referred to, and under S. Patrick's name. The Index to that code will guide the reader both to these, and to several others not in Ware. The second series here given, contains certain single canons attributed to S. Patrick, from various sources; omitting however those which will be found in full in the Code, in order to avoid repetition. The remaining or third series given here (and in *Wilkins*), which is printed by Spelman from a MS. given him by Ussher, is certainly not S. Patrick's, but is nevertheless Irish (see below, p. 333, note <sup>a</sup>). Strictly speaking, all these should have been printed with the Code so often referred to; since none of them can well be assigned to an earlier date than the end of the seventh century. But for convenience' sake, those collections which bear S. Patrick's name as a whole, and the single canons so designated, which are not in the *Cod. Can.*, or are only there in part, are placed here after S. Patrick's undoubted writings.

<sup>b</sup> *Cod. Can. Hibern.*, LXV. 17.

<sup>c</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XLI. 25: adding "abbatis" after "permissione," and reading "redemptionem" for "in questionem."

<sup>d</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XLI. 26: adding "pontificis" after "permissionem."

<sup>e</sup> The part of this canon relating to the tonsure is in *Cod. Can. Hibern.*, LI. 7. and is there also attributed to S. Patrick. It clearly cannot be really his.

<sup>f</sup> i. e. jussus.

<sup>g</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XXXII. 2.

<sup>h</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XXXIX. 8: reading "clericus" for "Christianus."

<sup>i</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XXVII. 10: reading "interrogat" for "juraverit," while *Wilkins* after Spelman reads "meaverit."

<sup>j</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XXVIII. 8.

<sup>k</sup> Corrected by Spelman and *Wilkins* into "speculo."

<sup>l</sup> Corrected in the MS. *prima manu* into "revocat."

<sup>m</sup> Corrected by *Wilkins* into "permanere."

<sup>n</sup> Corrected by *Wilkins* into "adulterum."

<sup>o</sup> Corrected by Spelman and *Wilkins* into "adultero."

<sup>p</sup> Miswritten in MS., "inductum."

<sup>q</sup> "baptizat," in MS.

<sup>r</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XLII. 4: as from "Synodus Patricii."

<sup>s</sup> i. e. "usum."

<sup>t</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XXXIX. 9.

<sup>u</sup> "quadragesimum," Spelman.

<sup>v</sup> "principatum," in MS.

<sup>w</sup> *Cod. Can. Hibern.*, X. (a). 1: but with no reference either to S. Patrick or Ireland, and with a different reading.

<sup>x</sup> "adseutiat," in Spelman.

<sup>y</sup> "decet," in Spelman.

<sup>z</sup> The general date of these canons must obviously be placed at a period when there was a settled Church in Ireland, yet while heathenism still ruled in parts of the country: when the Britons and the Irish (cc. 6, 33) had become estranged, *scil.* by the adoption of Roman customs by the latter (north as well as south) while the former retained the Celtic ones, i. e. at least after A.D. 716 but before A.D. 777 or 809 (see in vol. I. p. 204: and, lastly, when the Church had existed long enough in Ireland for a custom to arise and to have become "antiquus" (c. 25). The first years of the eighth century are the earliest possible date that can be assigned to the collection as a whole. It is obviously out of the question to trust seriously to the dates of the Annals (death of Isserninus A.D. 469, of Auxilius A.D. 460. and of Secundinus, who is not mentioned, A.D. 448) compared with the heading of the alleged synod; which, together, point to the date of A.D. 448 x 460. The numbering of the canons is due to Spelman. It is to be added, however, that the short preface together with canons 1, 4, 5, part of 6, 8, 12, 13, 14, 15, 24, 28, are quoted as S. Patrick's (24 as from "Synodus Patricii") in the *Cod. Can. Hibern.* of the beginning of the eighth century, printed below in its place; although it is impossible that one at least of them, *sc.* 6 (so far as relates to the Roman tonsure), can be really S. Patrick's.

## II. Single Canons attributed to S. Patrick.

I. PATRICIUS, DE UNITATE ET SUBDITORUM \* \* \*. Quis ergo audet scindere unitatem, quam nemo hominum solvere vel reprehendere potest? "Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una, et nulla erat separatio in eis, nec quisquam ex bonis suis dicebat esse aliquid, sed erant illis omnia communia: [...] gratia quoque erat magna super illos omnes;

[CANONS ATTRIBUTED TO S. PATRICK.]

nec vero in eis aliquis indigens; nam quicumque possessores agrorum aut domorum erant, vendentes adferebant pretia illorum et ponebant ante Apostolorum [pedes], et dividebatur unicuique ut opus erat [.....]. Quidam autem vir, nomine Annanias, cum Safirra uxore sua [..]; et adferens partem aliquam ante pedes Apostolorum [...]: dixit autem Petrus illi, Annanias, cur implevit Satanas cor tuum ad mentiendum Spiritui Sancto, ut fraudem faceres de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, et venditum in tua potestate erat? Quare posuisti in corde tuo facere hoc malum? Non es hominibus mentitus sed Deo. Audiens autem Annanias hæc verba cecidit et expiravit<sup>b</sup>." [MS. C.C.C.C. 279 (*olim* O. 20), fol. 59-62: and partly in *S.*, I. 54; and *W.*, I. 3, 4.]

<sup>a</sup> These words are cited as from "synodus" (i. e. probably an Irish synod), in *Cod. Can. Hibern.*, XX. 9; but without the quo-

otation from the Acts.

<sup>b</sup> Acts iv. 32-35; v. 1-5 (not Vulg.).

2. *Canon of S. Patrick from the Book of Armagh*<sup>a</sup>. [fol. 21 b. b.]

Item quicumque similiter per industriam atque injuriam vel nequitiam malum quodque opus contra familiam seu paruchiam ejus perfecerit, aut prædicta ejus insignia dispexerit, ad libertatem examinis ejusdem Airdmachæ præsulis recte judicantis perveniet causa totius negotionis, cæteris aliorum iudiciis prætermisissis.

Item quæcumque causa valde difficilis exorta fuerit atque ignota cunctis Scotorum gentium iudiciis, ad cathedram Archiepiscopi Hibernensium, id est, Patricii, atque hujus antestitis examinationem recte referenda.

Si vero in illa cum suis sapientibus facile sanari non poterit, causa prædictæ negotionis, ad sedem Apostolicam decrevimus esse mittendam, id est, ad Petri Apostoli cathedram auctoritatem Romæ urbis habentem.

Hii sunt qui de hoc decreverunt, id est, Auxilius, Patricius, Secundinus, Benignus. Post vero exitum Patricii sancti alumpni sui valde ejusdem libros conscripserunt.

<sup>a</sup> Printed also in *Appendix CXVII.*, pp. 611, 612, of Mr. O'Curry's *Lectures on Materials of Ancient Irish History*, Dublin, 1861. Part of the passage is in *Ussher, Relig. of Ancient Irish*, c. VIII., *Opp.* IV. 330, note. And a part of it is also in *Cod. Can. Hibern.*, XIX. 5. The date of the canon is obviously

after the primacy of Armagh had been claimed at least, if not established; probably in the 8th century. The MS. of the Book of Armagh is dated by Irish scholars, probably, in A.D. 807 (see *Todd, S. Patrick*, p. 288 n., and Dr. Graves as there quoted).

III. *Canons of a Second Synod attributed to S. Patrick*<sup>a</sup>.I. *De habitatione cum fratribus peccatoribus.*

De eo quod mandastis de habitatione cum fratribus peccatoribus, audite Apostolum dicentem, "Cum hujusmodi ne cibum quidem sumere<sup>1</sup>." Non ejus escas sumas cum eo. Cæterum si bos sis et trituras, hoc est, si doctor es et doces, "non obturatur tibi os<sup>2</sup>," et "dignus es mercede tua<sup>3</sup>," sed "oleum peccatoris non impinguet caput tuum<sup>4</sup>," sed corripe adhuc et argue.

II. *De observationibus*<sup>b</sup> *eorum.*

Contentus tegmento et alimento tuo, cætera dona iniquorum reprobã<sup>5</sup>, quia non sumit lucerna nisi quod<sup>c</sup> alitur.

III. *De pœnitentia post ruinas.*

Statuitur, ut abbas videat, cui attribuetur potestas alligandi et solvendi; sed aptior est, juxta Scripturæ exempla, veniam. Si vero cum fletu<sup>d</sup> et lamentatione et lugubri cum veste sub custodia, pœnitentia brevis quam longa, et remissa cum temperamentis<sup>e</sup>.

IV. [*De excommunicato repellendo*<sup>f</sup>.]

Audi Dominum dicentem, "Si tibi non audierit, sit tibi velut gentilis et publicanus<sup>6</sup>." Non maledices, sed repelles excommunicatum a communionem, et mensa, et missa, et pace; et si hæreticus est, post unam correptionem devita<sup>7</sup>.

<sup>a</sup> The following (the mention of "D. Rothæus" excepted, which Wilkins has added,— he was titular Bishop of Ossory) is Spelman's account (as quoted in Wilkins) of the source whence the canons here given are derived. "Secundam hanc S. Patricii synodum ex Andegavensi bibliotheca transcriptum D[avid] Rothæo communicavit aliquando Jacobus Sirmoudus, quorum ille eam ad reverendissimum patrem D. Jacobum Armachanum Archiepiscopum Primatem Hiberniæ misit, et eandem mihi præsul idem eruditione et pietate spectatissimus 1 Aprilis, 1628. De tempore autem, quo sit habita, neuter meminit, nec e synodo deprehenditur" (*Spelm. Conc.*, I. 59). The canons in the two preceding articles, and those in the *Cod. Can. Hibern.* printed further on, and those in this

(so called) Second Synod, are indisputably Irish; but hardly S. Patrick's. Of this "Second Synod," cc. III., VIII., XIV., XXIII., XXIV., XXV., XXX., occur (as marked in the notes) in the *Cod. Can. Hibern.*, and are there referred in most cases (not to S. Patrick, but) to a Roman Synod as adopted by an Irish one. And can. XXVII. of the list is directly contrary to S. Patrick's own "Confessio" (above, p. 308, l. 21).

<sup>b</sup> "oblationibus." in Wilkins.

<sup>c</sup> Corrected by Spelman and Wilkins into "quo."

<sup>d</sup> "flem," in MS., corrected by Spelman into "fletu."

<sup>e</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XLVI. 8: but with a varied text.

<sup>f</sup> Added by Spelman.

<sup>1</sup> I Cor. v. 11.

<sup>2</sup> Deut. xxv. 4;

I Cor. ix. 9.

<sup>3</sup> I Tim. v. 18.

<sup>4</sup> Ps. cxl. 5. V.

<sup>5</sup> Ecclus. xxxiv. 23.

<sup>6</sup> Matt. xviii. 17.

<sup>7</sup> Tit. iii. 10.

V. *De suspectis causis.*

Audi Dominum dicentem, "Sinite utraque crescere usque ad messem<sup>1</sup>;" —hoc est, "donec veniat, Qui manifestabit consilia cordium<sup>1</sup>;"—ne iudicium ante diem iudicii facias. Vide Iudam ad mensam Domini, et latronem in paradiso.

VI. *De vindictis Ecclesiæ.*

Audi item Dominum dicentem, "Qui effuderit sanguinem innocentem, sanguis ipsius effundetur<sup>2</sup>;" sed ab eo qui portat gladium; dictator<sup>2</sup> autem vindictæ innocens habetur. De cæteris autem per legem Evangelicam, ab eo loco in quo ait, "Et eum qui aufert aliquid a te, ne repetas<sup>3</sup>;" sed libenter, si ipse quid referat, humiliter recipias.

VII. *De baptismatis incertis.*

Statuunt ne rebaptizati [sint], qui symboli traditione[m] a quocunque acceperunt, quia non inficit semen seminantis iniquitas. Sin vero, non est rebaptizare, sed baptizare. Non abluendos<sup>4</sup> autem lapsos a fide credamus, nisi per impositionem manus accepi[antur]<sup>1</sup>.

VIII. *De rebus autem abstractis ab Ecclesiâ.*

Non ad reorum defensionem facta est Ecclesiâ; sed iudicibus persuadendum est, ut<sup>k</sup> spiritali morte eos occiderent, qui ad sinum matris Ecclesiæ confugiunt<sup>l</sup>.

IX. *De lapsis post gradum.*

Audi canonica instituta. Qui cum gradu cecidit, sine gradu surgat. Contentus nomine tantum, amittat ministerium: nisi qui tantum a conspectu Domini peccans non recessit.

X. *desideratur.*XI. *De separatione sexuum post lapsum.*

Consideret unusquisque in conscientia sua, si amor et desiderium cessavit peccati, quia corpus mortuum non inficit corpus alterius mortui; sin vero, separentur.

<sup>1</sup> "dictatur," in MS., and Spelman.

<sup>2</sup> Corrected by Wilkins into "absolue-dos."

<sup>3</sup> So Wilkins. "Accepi" in Spelman from

the MS.

<sup>k</sup> Corrected by Wilkins into "ne:" wrongly, as appears by the *Cod. Can. Hibern.*

<sup>l</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XXVII. 14.

<sup>1</sup> Matt. xiii. 30; 1 Cor. iv. 5.

<sup>2</sup> Gen. ix. 6.

<sup>3</sup> Matt. v. 42.

[CANONS ATTRIBUTED TO S. PATRICK.]

XII. *De oblatione pro defunctis.*

Audi Apostolum dicentem, "Est autem peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis<sup>1</sup>." Et Dominus, "Nolite donare sanctum canibus<sup>2</sup>." Qui enim in vita sua non merebitur<sup>m</sup> sacrificium accipere, quomodo post mortem illi poterit adjuvare?

XIII. *De sacrificio.*

In nocte Paschæ, si fas est ferre foras, non foras fertur, sed fidelibus deferatur<sup>n</sup>. Quid aliud significat quod in una domo sumitur agnus, quam [quod<sup>o</sup>] sub uno fidei culmine creditur et communicatur Christus?

XIV. *De abstinentia votiva vel legali a cibis p.*

Statutum, ut [post] Christi adventum sponsi nullas ratas leges inveniat jejunii. Quid autem inter Novatianum et Christianum interest, nisi quod Novatianus indesinenter, Christianus vero per tempus absteineat; ut locus, et tempus, et persona per omnia observetur<sup>q</sup>.

XV. *De relinquenda vel docenda patria.*

Docenda patria prius, per exemplum Domini; et derelinquenda postea si non proficiet<sup>r</sup>, juxta exemplum Apostoli. Sed qui potest facere<sup>s</sup>, licet periclitatur, ubique doceat, et se ostendat; qui vero non potest, taceat et abscondat. Alius quippe ab Jesu in domum suam mittitur, alius sequi jubetur<sup>3</sup>.

XVI. *De falsis Episcopis.*

Qui non secundum Apostolum electus est ab altero Episcopo, est dammandus; deinde ad reliquam plebem declinandus et degradandus.

XVII. *De præposito monachorum.*

Monachi sunt, qui solitarii sine terrenis opibus habitant sub potestate Episcopi vel abbatis. Non sunt autem monachi, sed vactro-periti<sup>t</sup> (hoc

<sup>m</sup> Corrected by Wilkins into "merebatur."

<sup>n</sup> Altered by Wilkins into "deferatur."

<sup>o</sup> Added by Wilkins.

<sup>p</sup> So Wilkins by conjecture. The MS. in Spelman has, "De abstinenti insolitivi lequat a cibis."

<sup>q</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XI. 15.

<sup>r</sup> Altered by Wilkins into "proficiat."

<sup>s</sup> Altered by Wilkins into "proficere."

<sup>t</sup> "Bactro-peratæ," from *βάκτρον* and *πήρα*, is a contemptuous name for "philosophi," applied by S. Jerom (*in Matt.* xix.) to corrupt monks: who, as he proceeds to say, were "contemptores sæculi." For "solliciti," in the text, should probably be read "sæculi." But even so amended, some words seem to have dropped out of the text.

<sup>1</sup> 1 John v. 16.

<sup>2</sup> Matt. vii. 6.

<sup>3</sup> Luke viii. 39; Matt. ix. 9; &c.

[CANONS ATTRIBUTED TO S. PATRICK.]

est, contemptores solliciti). Ad vitam perfectam in ætate perfecta (hoc est, a viginti annis) debet unusquisque constringi, non adtestando sed voto perficiendo: ut est illud, "Unusquisque sicut proposuit corde suo faciat<sup>1</sup>;" et, "Ut vota mea reddam in conspectu Domini<sup>2</sup>," et reliqua. Quo voto vivitur, situs locorum coartat, si superabundantia in omnibus devitetur in vita; quia in frigore et nuditate, in fame et siti, in vigiliis et jejuniis, vocati sunt.

XVIII. *De tribus seminibus Evangeliorum*<sup>3</sup>.

Centesimum Episcopi et doctores, qui omnibus omnia sunt; sexagesimum clerici, et viduæ, qui continentes sunt; tricesimum laici, qui fideles sunt, qui perfecte Trinitatem credunt. His amplius non est in messe Domini. Monachos vero et virgines cum centesimis jungimus.

XIX. *Qua ætate baptizandi sunt.*

Octavo die chatechumeni sunt; postea, solemnitatibus Domini baptizantur, id est, Pascha, et Pentecoste, et Epiphania.

XX. *De parrociiis.*

Cum monachis non est dicendum, quorum malum est inauditum, qui unitatem vero plebis non incongrue suscepimus.

XXI. *De retinendis vel dimittendis monachis.*

Unusquisque fructum suum in Ecclesia, in qua imbutus est, perfruatur; nisi causa majoris profectus ad alterius<sup>a</sup> ferre permissa<sup>s</sup> abbatis cogat. Si vero ex[t]i[t]erit<sup>y</sup> causa utilior, cum benedictione dicatur, "Ecce Agnus Dei<sup>1</sup>;" non quod<sup>z</sup> sua sunt singuli quærentes, sed quæ Iesu Christi<sup>5</sup>: vocationis<sup>a</sup> autem causam non permittunt<sup>b</sup> subditos discurrere.

XXII. *De sumenda Eucharistia post lapsum.*

Post examinationem carceris<sup>c</sup> sumenda est; maxime autem in nocte Paschæ, in qua qui non communicat, fidelis non est. Ideo brevia sunt et stricta apud eos spatia, ne anima fidelis intereat tanto tempore jejuna medicinæ; Domino dicente, "Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis<sup>6</sup>."

<sup>a</sup> So corrected by Wilkins: "adulteris," in Spelman.

<sup>s</sup> Altered by Wilkins into "permissio."

<sup>y</sup> So altered by Wilkins: "exierit," in Spelman.

<sup>z</sup> Corrected by Wilkins into "quæ."

<sup>a</sup> "vacationis" is a needless correction.

<sup>b</sup> Altered by Wilkins into "permittant."

For "discurrere," Wilkins has "discutere."

<sup>c</sup> *leg.* "carnis," Wilkins.

<sup>1</sup> 2 Cor. ix. 7 (not Vulg.).  
Matt. xiii. 23; &c.

<sup>2</sup> Ps. cxv. 18, &c. Vulg. ("in conspectu populi").  
<sup>3</sup> John i. 36. <sup>5</sup> Phil. ii. 21. <sup>6</sup> John vi. 54.



[CANONS ATTRIBUTED TO S. PATRICK.]

XXIII. *De juramento.*

“Non jurare omnino<sup>1</sup>.” De hoc consequente<sup>d</sup> lectionis series docet non adjurandam esse creaturam aliam, nisi Creatorem: ut prophetis mos est,—“Vivit Dominus,” et, “Vivit anima mea,” et, “Vivit Dominus Cui assisto hodie<sup>2</sup>.” Finis autem contradictionis est nisi Domino<sup>3</sup>. Omni<sup>e</sup> enim quod amat homo, hoc et juratur<sup>f</sup>.

XXIV. *De contentione duorum absque testibus.*

Statuunt, ut per quatuor sancta evangelia, antequam communicet, testatur, quid probatur; et deinde sub iudice fama relinquatur<sup>g</sup>.

XXV. *De toro fratris defuncti.*

Audi decreta synodi,—“Superstes<sup>h</sup> frater thorum defuncti fratris non ascendat:”—Domino dicente, “Erunt duo in carne una<sup>4</sup>:” ergo uxor fratris tui soror tua est<sup>i</sup>.

XXVI. *De meretrice conjuge.*

Audi Dominum dicentem,—“Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur<sup>5</sup>.” Item,—“Adultera lapidetur<sup>6</sup>:”—id est, huic vitio moriatur, ut desinat crescere quæ non desinit mœchari. Item, si adulterata fuerit mulier, nunquid revertitur ad virum suum priorem. Item, “Non licet viro dimittere uxorem, nisi ob causam fornicationis<sup>7</sup>:”—ac si dicat, ob hanc causam; unde, si ducat alteram velut post mortem prioris, non vetant.

XXVII. *De voluntate virginis vel patris in conjugio.*

Quod vult pater, faciat virgo, quia caput mulieris vir. Sed requirenda est a patre voluntas virginis, dum “Deus reliquit hominem in manu consilii sui<sup>8</sup>.”

XXVIII. *De primis vel secundis votis.*

Eadem ratione observanda sunt prima vota, et prima conjugia, ut secundis prima non sint irrita, nisi fuerint adulterata.

<sup>d</sup> *leg.* consequentia, and *om.* series: the words are from S. Jerom.

<sup>e</sup> *leg.* omne.

<sup>f</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XXXIV. 3.

<sup>g</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XV. 14; reading “flamma” for “fama.”

<sup>h</sup> “super istis,” in Spelman.

<sup>i</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XLV. 35.

<sup>1</sup> Matt. v. 34.

<sup>2</sup> 1 Sam. xxv. 26; 1 Kings xvii. 1 (not Vulg.); &c. &c.

<sup>3</sup> Hebr. vi. 16.

<sup>4</sup> Gen. ii. 24; Matt. xix. 5; &c.

<sup>5</sup> 1 Cor. vi. 16.

<sup>6</sup> Levit. xx. 10; Deut. xxii. 22.

<sup>7</sup> Matt. xix. 9.

<sup>8</sup> Ecclus. xv. 14.

[CANONS ATTRIBUTED TO S. PATRICK.]

XXIX. *De consanguinitate in conjugio.*

Intelligite quid Lex loquitur, non minus nec plus: quod autem observatur apud nos, ut quatuor genera dividantur, nec vidisse dicunt nec legisse.

XXX. *De vindicandis adstrictis.*

Nunquam vetitum<sup>k</sup>; licet. Verum observandæ sunt leges jubilei, hoc est, quinquaginta anni, ut non adfirmetur<sup>l</sup> incerta vice ratio<sup>m</sup> temporis. Et ideo omnis negotia[tio] subscriptione Romanorum confirmanda est<sup>n</sup>.

XXXI. *De gentilibus qui ante baptismum credunt, quam penitentiam habeant.*

Remittuntur quidem omnium peccata in baptismo: sed qui cum fidei conscientia infidelis temporarius<sup>o</sup> vixit, ut fidelis peccator judicandus est.

Finit Patricii Synodus. [S., I. 55-59; W., I. 4-6; Ware, pp. 31-39.]

<sup>k</sup> "vetitus," in Spelman.

<sup>l</sup> Altered by Wilkins into "infirmetur."

<sup>m</sup> So Wilkins: "rato," in Spelman.

<sup>n</sup> *Cod. Can. Hibern.*, XXXI. 8.

<sup>o</sup> "infidelem tempor. . .," in Spelman.

## APPENDIX B.

### EXTRACTS FROM THE ANCIENT LAWS OF IRELAND<sup>1</sup>, CALLED SENCUS MÓR, RELATING TO THE CHURCH.

#### [I. *Place, Time, and History of the Code.*]

Locc don laidse Teamuir, ocus loc do Seanchus hi samrad ocus i fogmur, ar a glainni [ocus ar-a-haibne] is na haimseraib sin; ocus Raith guí aird, in baili adta Lec Patraic aniu, i nGlind na mbodur, i fagus do Nith nemundacn, a loc

<sup>1</sup> The *Senchus Mór* is the code of the old Irish law, derived from Pagan times, but drawn into the form of a code, and modified so as to be in harmony with Christianity and to recognize the Christian Church, under the influence of Christian ecclesiastics. The date at which it was compiled, is affirmed by itself, and by the *IV. Mag.*, to have been that of S. Patrick; who with Benignus and Cairnech makes up the ecclesiastical trio of its nine alleged compilers. Irish scholars like Dr. O'Donovan assert the language of the code itself, apart from the Introduction and the Glosses, to be consistent with such a date. The place also at which it was in part drawn up, viz. Tara, which ceased to be a royal residence A.D. 565, indicates that it was at least commenced before (at latest) that year. On the other hand, the more than questionable Christianity of at least two of the Kings named as among its compilers,—the analogous case of Howel Dda's Laws, where the mere fact of a triple code (besides other difficulties) shews that the literal statement of its origin only approximates to the truth,—the great improbability that the influence and the territorial endowments of the Church could have been so great in Ireland at that early date,—and the general presumptions that lie against the literal truth of a legend of

The place of this Poem and the place of the *Senchus* was Teamhair<sup>a</sup>, in the summer and in the autumn, on account of its cleanness and pleasantness during these seasons; and Rath-guthaird<sup>b</sup>, where the stone of Patrick is at this day in Glenn-na-

such a character and period,—incline to the conclusion that the story in the Introduction contains only a nucleus of truth; and that Dr. Todd's is the soberer judgment, who holds it "not impossible that such a work may have been begun in the times of S. Patrick, but that the *Senchus Mór* in its present form cannot be of so remote an age;" although he would date even the later portions (now, however, we suppose, inseparable from the rest) as not later than the 9th or 10th centuries. The 13th century appears to be the earliest date of any existing MS. The Irish, with a translation, of a portion of the code, was published at Dublin, vol. i. in 1865, vol. ii. in 1869, under the authority of a Royal Commission for the purpose, by Dr. W. Neilson Hancock, with the cooperation of Mr. O'Curry and Dr. O'Donovan until their deaths, and then of Professor Thaddeus O'Mahony; under the title of *Ancient Laws of Ireland—SENCUS MÓR*. Vol. I. *Introduction to Senchus Mór, and ATHGARAIL, or Law of Disress, as contained in the Harleian MSS.*; and vol. II. *Law of Listsess completed, Laws of Hostage-Sureties, Fosterage, Saer-Stock Tenure, Daer-Stock Tenure, and of Social Connexions*. Other volumes are to follow. The extracts here given are those portions only which refer to the Church.

[EXTRACTS FROM SENCHUS MOR, VOL. I.]

a ngeimrid ocus a n-errac, ar gaire leo a conad ocus a uisce, ocus ar tesaidect i naimsir in geamfuaeta.

Ocus it inunda aimsir doib, aimsir Laegaire mic Neil, Rig Eirenn; ocus Tetosius rob aird rig in domain and in tan sin, ocus deismerect air-side, ut dixit in filed—

“ Patraic ro baithuis go li,  
 “ In aimsir Tethosi,  
 “ Priteuis soisceala cen met,  
 “ Do tuait molfaig mac Miled.”

Ocus persa do Seancus lin persannu in tSencusa, i. :—

“ Laegairi, Core, Dairi dur,  
 “ Patraic, Benoin, Cairneach coir,  
 “ Rosa, Dubtae, Fergus co feib,  
 “ Naei sailgi sin tSencuis moir.”

